

disponatur, qui eam, quam tribuunt partam sude-
re pecuniam omnibus habent iudicis Circensibus
potiore. Licet autem iniustæ huiusmodi collectæ
sint, non videntur excommunicatione citata
comprehensa, quia de illis non est sermo. Quod
etiam ex aliâ potest probabili doctrinâ salvari;
quod scilicet cùm facultas est ad genus aliquod
exactionis, per excessum in illâ non incurrit
excommunicatione prædicta. Sic Nauarrus, Hu-
golinus, Cardinalis Toletus, P. Filiius Sayrus,
& P. Reginaldus, apud P. Palam *supr. num. 6.*
cùm ergo collectæ. Parlamentis, Capitulis, an
Concilii ciuitatum liceant, excommunicatione
prædicta non comprehensa probabiliter asseren-
dum. Pro quibus non amplius.

C A P V T I V .

Senatores Urbani an abesse possint
ad cœtum vocati in Indiis. Vbi
de peculiaribus quorumdam mu-
nibus.

Affirio.
absoluē
negans.

25 Dico primò: Generaliter loquendo:
nequeunt Senatores vocati ad cœ-
tum, abesse, nullo extante iusto im-
pedimento. Id clarum; quia officio defuit in
re magni momenti, vbi scilicet de communi bono
et uitatis agitur, & idoneis officialibus eli-
gendi.

Affirio. 2.
& sub
mortali.

Dico secundò: obligatio talis est sub morta-
li. Constat ex ratione adductâ; quia scilicet cum
hoc onere officium suscepit, cuius prærogativus
fruit; qui autem sentit honorem, etiam onus
sentire debet ut est regula iuris notissima.

Affirio. 3.
sed non
semper.

Dico tertio: semel aut iterum sine legitimâ
causa abesse, quando nihil agendum, pro quo
absentis suffragium magni momenti esset, graue
peccatum non est. Probatur; qui vocat non
vrgit suo præcepto, & alias absentia in preiudi-
cium boni communis non cedit; ergo non est
vnde esse mortale peccatum queat.

Affirio. 4.
neque om-
nes, sed
meri Sena-
tores.

26 Dico quartò. Qui in Capitulis India-
rum meri Senatores sunt, magis speciali obliga-
tione ad assistendum cœtibus tenentur, quando
ad illos conuocantur. Affirto hæc supponit in
Capitulo Indiarum esse aliquos, qui meri Sena-
tores non sunt, quod reuerterita est: sunt enim
officia quædam, quæ à Rege iis venduntur, & vt
maioris estimationis sint, Senatorum cœtui ad-
scribuntur, cum voce, & voto, vt dicitur, in Ca-
pitulo, & aliis Senatorum prærogatiis. Et hi
quidem cùm dignitatem Senatoriam velut ac-
cessoriā habeant, in cuius concessione non
onus illis, sed honorem conferri Regis videtur
intentio; inde est vt de onere id sumere possint,
quod ipsis placeat, & ita ad carum venire pro li-
bitu: non sic autem meri Senatores, qui onus
non accessoriè habent, sed ex primaria officij in-
stitutione, & ita ad cœtum venire grauter obli-
gantur: quæ autem officia sint illa, in quibus
onus accessoriū est, satis ipsis habentibus con-
stat, sicut & aliis Senatoribus. At nonnulla
proferamus; talia videntur Protoscriba mariti-
mi, Depositarij, Protectori bonorum de-

functorum, Administratoris censum Indo-
rum, Præpositi Haberiaz, & alia, quæ vide-
mus in diuersis Prætoriis & ciuitatibus nouiter
exoriri.

27 Dico quinto: qui vocatus ad cœtum ire
renuit, ed quod frequenter illius suffragium nul-
lius momenti est in ordine ad bonum publicum;
non id est desistere prorsus potest; si merus Sena-
tor sit. Ratio est; quia licet frequentur id acci-
dat, non est tamen moraliter certum ita futurum
sempiter, cùm in Republica Christiana zelus boni
publici saltem in aliquibus non sit res penitus
desperata: mutari enim in melius possunt, &
eius exemplo minus dociles provocari. Ad au-
toritatem etiam Republicæ spectat, vt in eius
cœtu Cato aliquis, aut Fabius inueniatur. Itaque
assistentia talis prodesse potest, nocere nequit:
ergo ad illam ratione officij tenentur vt in plu-
rimum Senatores.

Affirio. 5.
etiam si suf-
fragio nihil
obtinetur
frequen-
tius.

28 Dico sexto: si certò sciatur in Capitulo
concludendum aliquid pro re iniustâ, qua scili-
cket in notable dampnum Republicæ cedat, &
vnu tantum sit pro iustitia certans, non peccabit
mortaliter si non veniat. Sic à fortiori tenent, qui
id etiam afflent quando concludendum securi à
majori parte, de quibus statim. Probatur; quia
assistentia in hoc caſu non defuerit ad dampnum
repellendum, neque ad aliud magni momenti
effectum: ergo non est mortale illam denegare:
neque obstat quod dudum est à nobis dictum.

Affirio. 6.
secus, si
certum sit
in causa a-
liquo.

Affirio. præcedenti: nam de frequenti absentia
est ratio diuerfa: quod autem ad autoritatem
Republicæ attinet, per absentiam ipsam habe-
tur; dum enim quis adesse renuit; satis ostendit
cœtus iniquos sibi displicere, vt dicere cum Iacob
posset: *In Confilium eorum non veniat anima mea,*
& in cœtu illorum non sit gloria mea. Genes. 49.
vers. 6.

29 Dico septimo: eti probabile sit idem
dicendum quando constat concludendum à ma-
jori parte; sic enim tenent Ledesma, Valerus,
Nicolaus Garcia, quos adducit, & sequitur
Diana Parte 1. Tractat. 3. Resolut. 1. 8. Oppositum
tamen videtur verius, & solidiori innixum funda-
mento: quod tenent Cardinals Paleotus, Mol-
fesius, & Madariaga apud eundem. Probatur;
quia Senatores tenentur vt possint pro bono
publico certare, & ita adesse quando eorum pre-
sencia magna esse utilitati in ordine ad illud po-
test; atque in hoc caſu ita contingit; ergo debent
assistere. Maior est certa, & Minor ostendit:
nam licet pro parte contraria concludendum sit,
valde tamen interest, vt qui pro iustificata suffra-
gantur, plures pro se habeant, sic enim ad suffra-
gandum liberius incitantur, & eorum suffragia
multi innotescunt. Vnde Republica gaudet, &
meliora sibi promittit; tum etiam quia sic vitatur
scandalum, quod multis datur videntibus ci-
ues, & ciuium iuratos patronos, aut contra Repu-
blicanam agere, cuius bonum debebant procurare;
aut non audere sic agentibus resistere; &
ita omnes quæ sua sunt querere, non quæ J esu
Christi; id est quæ pauperum, quæ oppres-
orum, quæ sub impositionum oneribus, conge-
mentium. Tum denique: quia licet conclusio
pro re iniqual videatur certa; potest tamen ali-
ter accidere; vt non semel est experientia com-
probatum;

Affirio. 7.
non tamen,
cum à ma-
jori parte
conclu-
dendum, pro
contraria
alijs stan-
tibus.

De obligationibus Fidelis-Executoris.

probatum: dum auditis Senatorum zelo boni
publici exardescitum rationibus, alij, qui in
partem propendebant contrariam, in melius
commutantur. Vbi nequit dici alios prius suffra-
gaturos; nam cùm ante publicatam determina-
tionem locus sit retractationi, semper esse spes
potest diæta mutationis. Quod si suffragia sint
secreta, id est multò certius: nam multi qui ex-
teriori vnu dicunt, aliud in foro secreto perficiunt.
Vnde quando sic res peragenda est, num-
quam est de bono successu penitus desperandum.
Quod tandem comprobari ex Regiis Auditori-
bus potest, qui deesse nequeunt, cùm circa ali-
quid deliberandum est, in quo eorum suffra-
gium nihil pro causa profectum iudicatur.

C A P V T V .

Circa obligationes Fidelis-Executoris.

Fidelis-
Executoris
quod mu-
nus.

30 *S*ollet officium hoc à Rege vendi, &
vnu tantum, quæ ad illud spectant,
conuenire, lepe sèpius autem ad Vi-
banos Senatores pertinent annuatim seruentes.
Illorum autem munus est: annonaria prouisio,
visitatio, & taxatio victualium, quod per Regia
felicita cildem referuantur: de quibus agit Dom.
Solorzonus lib. 4. Cap. 1. num. 19. In quo quidem
frequentia solent admiseri peccata; & in
primis, si panis *verbi gratia* pretium ita taxetur,
vt nullum, aut valde exiguum lucrum pistoribus
relinquantur, licet bono videatur fieri zelo, sed
non secundum scientiam. Ex eo enim fit panem
minoris ponderis vendi, & in graues scrupulos
vendentes incidere: & cum minore pondere
deprehendo mulctantur, iniusta est condemnatio,
& ita duplicita damna patiuntur. Fit etiam ex eo
plures ab illo minimè lucro, officio desistere,
& sic Republicam inde plus detrimenti capere,
vnde emolumentum queratur. Et hoc quidem
licet rarius accidat, est tamen ita accidere mihi
penitus exploratum. Nec dici potest annis, quibus
triticum villus emitur, plus lucrari, & ita min-
orus lucrum sequens anni eo pæsto compensari.
Non enim in hoc genere modus talis compensa-
tionis admittitur, quia est circa res, quarum pre-
tium variatur, & semper illud attendendum est
secundum præsentem statum; vbi aliter non fuerit
pactio firmatum. Cum ergo triticum hoc
anno carius ematur; iniquum est pistores com-
pellere, vt eodem pretio, aut fere eodem, panem
vendant; vnde moderatum illis debet lucrum as-
signari: id quod est omnium sententia manifes-
tum: & ita obligatio restitutio, si fecis fa-
ctum fuerit, conseqüenter afferenda.

31 Dico scienti & volenti non fieri iniuriari,
& ita cùm nullus pistores ad commercium tale
compellat, si ipsi illud cum onere prædicto susci-
piunt, nulla ex eo obligatio in Republica mo-
deratoribus resultabit. Sed contra hoc est: nam
licet tales spontanei sint, nihilominus pro utilitate
publica laborantibus merces condigna debe-
tur. Faciunt enim voluntarii id, quod si non
facerent, aut ipsi aut alij facere cogerentur: ne re-
fugium patris, omnium maximum, Republica
debet. Sicut ergo iniuria fieret illi, qui com-

Theauri Indici. Tom. I.

P. Lessius;

Sed minu-
s quam in-
uato.

Mercato-
res plus
petere posse
ratione
officij.

pelleretur officium dictum exercere nullo, aut
satis exiguo lucro, & obligatio inde restitutionis
emerget, sic etiam in casu, de quo est sermo,
dicendum: licet in priori propter violentiam
pretium deberet augeri; non quidem minuendo
panis pondus, sed aliquid per modum mercedis
tribuendo, quæ diurno labore responderet, aut
priuilegio alio, quod esset prelio estimabile, iux-
ta illius voluntatem. Accedit quod iam infinitum
est, cùm de rerum prelio agitur, iniustitiam
Republica administratores committere, si illud
citra iustum constituant, & ad restitutionem teneri,
qua damni multiplicis causa sunt, etiamsi
iij, qui vendunt, voluntarie vendant, quia in eo
vendendi modo inuoluntarium aliquid admis-
tent, ex necessitate urgente. Cum enim artificium
suum quicque habeat multis expensis instru-
ctum, aut aliud vitæ querendæ genus, cui iam
assuevit; durissimum est ad noua diuertere: &
ita cùm vtuntur assuetis exiguo lucro, quia sic
Magistratus urgunt, necessitatibus planè imperio
compelluntur. Pro quo est doctrina P. Lessius
Lib. 2. Cap. 12. n. 63. vbi ait quod si pressus ne-
cessitate famulus exiguò conuenit, quia domi-
nus amplius dare noluit; tunc quod operam suam
multò pluris valentem tam paruo locet; non
sponte facit (sicut si quis necessitate pressus paruo
vendat rem aliquam magni pretij) tenetur ergo
dominus supplerre stipendium ad equivalentiam.
Sic ille, statim addens hoc debere intelligi: si domi-
nus tali servitu egebatur, vel si magnus ex eo
capiat emolumentum: tunc enim merces non
minuenda, iuxta Nauarrum Cap. 17. num. 108.
& seqq. Pro quo & iam P. Dicastillus Libr. 2.
Tract. 2. Disput. 9. num. 147. cum aliis. Atque pisto-
rum opera valde est necessaria Republica, vt
constat, & magnum ex ea emolumentum capit.
Licer autem doctrinam P. Lessius non omnes vi-
deantur amplecti, dum affirmant famulos in ne-
cessitate constitutos posse minori pretio condu-
ci: re tamen vera non contradicunt: volunt e-
nim minori quidem pretio conduci posse; iusto
tamen, attentâ utilitate, quæ domino ex labore
eius accrescit, secundum communem estimati-
onem. Pro qua conciliatione adebat Bonacina
Disput. 3. de Contrahibis. Quæst. 7. Punct. 4. n. 6.
Quidquid autem de hoc sit, aliunde est certissima
nostra positio, quia scilicet opifices, & vi-
ctualium venditores pro Republica bono ab
eadem inuitantur, ex quorum defectu grauia pa-
teretur incommoda, & sic non vt voluntarij ha-
bendi sunt, quorum vilescant opera, sed vt pro
necessitate vocati: & ita congruum est illis pre-
tium pro operis & victualibus assignandum, cuius
violatione onus restitutio supra se tollant ne-
cessa est nimium iusti Magistratus. Vnde est et
iam communis Doctorum sententia Mercato-
res posse plus exigere ratione officij: pro quo vi-
deri potest Bonacina *supr. Quæst. 2. Punct. 4.*
num. 30. apud quem alij.

32 Sed hoc rarius: cùm sit illud profecto
frequentis, rerum pretia excessiva permitti, vel
Granius iniuria, vel utilitatis alieui intuito, aut humano
in excessu alio respectu. Id quod non raro accidit ex re-
preij non
vende
curato.

A a &

& ita alios ſuo arbitrio procedere, ſuo patiter proceſſuri. Sic Reipublica faciem mutatam apicimus, & deſcenſtibus ciuium facultatibus, contra natura ordinem rerum pretia ſublimata. Et dānum cūm videamus vſquēque diſfum, an ſerio de remedio, ſerō licet cogitetur, penitus ignoramus. Doctorum omnium ſententia eft p̄tium aliud eſte legitimum ſeu legale, vulgare aliud, illudque tale dici quia à lege definiuit, fuię à Principe, aut legitimo alio Superiori, vt à Senatu, &c. Rogo iam an tale p̄tium ſit abſtractum aliquid, aut vniuersalis Platonici adiunſtar, quod numquam ſit ad vſum, etiam ſi neceſſitas vrgeat, aduocandum? Quod cūm dici nequeat, & aliquando vſus ſtatuerit, cur non modò? Si neceſſitates pro eo requiritur, quando maior? Sed dolendum quod vōces iſta ſerō nimis ſint ad eorum peruentura aures, ad quos cuſa iſta dirigitur. Sed iſi non audiunt audient alij; & quod p̄ſentibus & locis & temporibus prodeſſe nequit, alii & locis & temporibus profuturum conſidamus, Naturae imperio geminus. Iuuenialis Satyra. 16. Sed gratia beneficio conſuētum.

CAP V T VI.

Generalis Depositarij obligationes pro foro animæ.

Ex qua culpa De- positarius generalis teneatur.

33 C ommunissima hoc loco quæſtio, ex qua culpa teneatur, cūm eſſe lata, leuis, & leuifima queat. Et quod ad foro exterius attinet, cūm in caſu contingentiā res ſit ad tribunalia deferenda, & ibidem iuxta circumſtantias, quā expendi oportebit, iudicandum; non eſt cur hoc loco circa illud prolixius quidquam adiuciamus. Teneride leui multi dicunt, quando depositio in deponentis & Depositarij commodum cedit: alij de leuiffima: pro quo videri potest P. Lessius Lib. 2. Cap. 27. Dub. 3. Si vero in ſoliſ Depositarij, communis resolutio eft de leuiffima teneri, vt videri apud eundem potest, & alios paſſim. Sicut quando in ſoliſ deponentis commodum, ſolum delata. Qualis autem in facti contingentiā fuerit, valde eft difficile explorari: vnde iudicium, varietate aliaſ opinione extante, arbitrary eft futurum: cūm aliuſ etiam emerget difficultas, ex eo ſciliſ quod diſſicilis probationis ſit quando depositio in vniuſ tantum, aut vtriumque commodum cedat. Et in Generali Depositario, cūm ſtipendium pro custodiā lege taxatum accipiat, ex quo in rigore Depositarius non eft, cūm talis mercede non accipiat, vt norant Doctores, & habetur in L. I. §. Si veftimenſa D. Deposit. non videtur dubitari poſle depositionem ad illius commodum pertinere: vnde & officium tale magno obtinetur: prelio, & inter Reipublica præcipua computatur. Quod autem in eius commodum non tantum cedat, videtur facile ostendti poſſe ex eo quod tale officium non eft propter Depositarij commodum, ſed propter vtilitatem publicam iuſtitutum: & eorum, quorum bona deponita ſunt, res vtiliter agitur, dum in tutto collocantur. Quod si deponitio penalis ſit; tunc

aut alterius, cui adjudicanda ſunt bona, nego- tium geritur, aut certè Fifti. Per hoc ergo potest Depositarius, ſi quidquam infaustum occurrit, teueri.

34 Quod verò ad foro animæ ſpectat, Ex mortali ſatis eft verofimilis eorum opinio, qui cenantum teſtantiū teſtāri oſtentārū dūrūt. Pro quo eft D. Thomas. 2. 2. q̄. 62. artic. 6. in Corp. vbi de Depositario loquens ſic concludit: Propter hoc ſi ei ſubtrahatur res abque ſuā culpa, non tenentur ad reſtitutionem: ſecus autem D. Th. mas eſſet ſi cum magna ſua culpa rem deponitam amitteret. Sic ille. Quod & ē mihi ratione perſuadeo: nam obligari aliquem ad compensationem dāni, poena grauifſima eft: ergo nequit leui culpa repondere. Quod poena ſit, ſatis conſtat: nam ideo culpa p̄ſupponit. Et quod illatio ſit certa: ex eo liquet, qui inter culpam leuem, & poenam grauifſimam non eft propoſtio, quā tamen debet inter culpam, & poenam iuſtam inueniri, vt omnes fatentur, & dicta ratio maniſta: nam aliaſ aliqui gradus poenæ inſtigant immerent, quandoquidem culpæ vniuſ aut alter respondet; vi ſi merenti duodecim verbera, inſtantur centum, non aginta efficiunt immerent. Ideo ita deciſum in vtroque iure; ſciliſ in L. Sanctus. C. de p̄nīs, et in Cap. vt Clericorum, de vita, & honestate Clericorum. Quid si dicatur hoc haberi ratione contractus, in quem quis voluntariè Consentit, & ita ſcienti, & volenti nullam fieri inuiriam, nec propriè haberi rationem poenæ, licet culpam p̄ſupponat; quia reſtitutio non eft poena, ſed obligatio ex violata iuſtitia orta. Contra eft, quia etiam ſi contractus ſit, ex nullo capite haberi potest velle quempiam ſe in foro animæ ad recompandandum dānum obli- gare. Deinde: quod obligatio recompensationis ſit in odium culpæ, manifeste probatur: nam ſi culpa nulla ſit, omnes fatentur vix quopiam renuente apud Pharaonum Tract. 2. Seſſione 4. Caſu. 10. nullam eſſe obligacionem. Vnde L. I. ſep̄. 2. Deposit. caſu fortuino excipit, quia in illis culpa nulla interuenit. Sed etiam culpa, & cuſtodiā p̄ſet non tamē caſu fortuino. Verba illius ſunt: culpa ergo non tantum materialiter fe habet, ſed formaliter in ordine ad obligacionem. Et licet obligatio reſtitutionis eſte diceretur, hoc ipſum poenale eft: obligari ſciliſ ad reſtituendum id, quod culpa leui tantum periu, aut dāniſcatum eft; & vt demus poenam non eſte, eft tamē onus grauifſimum, quod quidem humanæ leges in exteriori foro conſtituere potuerunt, non ita in conſientia, quia ex eo grauitas oneris geminatur: quod nequit p̄ſum di eximiā ſi diſponenti pietate; ſi aliaſ demus id eorum non tranſcendere potestat.

35 Qui diſcurſus videtur eſte clarissimus, vnde ſententiam iſtam communiter iam Theologii amplectuntur, ſaltem tamquam probabilem, quibus credendum potius in negotio conſientia, quam Iurisperitis, & ita pro illa adduſimus Titulo 3. Cap. 9. num. 65. Cardinalem Lugo & Bassaūm alios referentes, & P. Amicūm, viden- dum etiam pro Depositario Disput. 29. de Iuſtitia. num. 10. quæ & valde placet Remigio, Tract. 2. in ſeptimum p̄ceptum. §. 31. ac P. Dicafillo Lib. 2.

Auctores
reſolutioni
ſuauentes.

Id lege pro-
babitum.

Excep-
tiones quæda-
tas.

Deposit. vi-
rus an vni-
rebus diſpo-
ſitio queat.

Obligationes Depositarij Generalis.

Lib. 1. Tract. 3. num. 41. 3. qui ſe remittit ad Tract. 8. num. 37. & ſeqq. vbi de Depositario. Sicut & Thomæ à Iefu in Cap. Non dicatis, Parte 3. Cap. 6. in fine: & ante alios eam eleganter, & robustè firmauit P. Lessius Lib. 2. Cap. 7. Dubit. 6. vbi ge- neraliter loquitur de obligatione reſtitutionis or- tā ex dāmo dato, Dubitatione autem 7. magis in ſpeciali de dāmo in officio. Dubitatione autem 8. num. 43. vbi magis in ſpeciali agit de Deposito, affirmat leges obligationem ſtatuentes pro culpa leui, non videri quoad forum conſientia rece- ptas: nemo enim, qui pignori, vel rei conductæ putet ſe maiorem cuſtodiā debere ex iuſtitia, quā dominus ipſe adhibere ſolet. Addit tamen num. 45. contraria ſententia eft communio- rem, & ordinariè in praxi feruandam. Probabi- litatem etiam ſententia oppofitæ recognoscit: Cap. 17. num. 11. referens ſe ad dicta Dubitatione 8. citat: & quidem ratio ab eo adducta citato cap. 7. num. 27. aut hoc probat, aut pro aliis nullius momenti eft: ſic enim arguit, quando ſolum culpa venialis commiſſa eft, non eft actus perfectus in ratione iniurie, ſed imperfectus, ergo non inducit obligationem reſtitutionis ſalem perfectam, quā aſtringatur ſub peccato mortali: non enim potest obligatio maior eſſe in ſuo ordine, quā fuerit iniuria, ex qua naſciunt, in ſuo. Sic ille; quis autem non videat rationem iſam etiam pro dāmo in contrātibus contingente concludere? Quid ſi in illis vim non habet, neque generaliter habebit; dici enim poterit eſſe auctum imperfectum, ſed voluntarium, & cūm absolūte dāni cauſa fuerit, obligationem ex eo reſtitutionis oriſi. Quia ſolutio eft inſufficiens; ſed ei tamen ſimilis eft, quā ad dānum in contractu ſectum applicatae potest adhiberi. Culpa enim leui Depositarij actus imperfectus eft, ad quod inepit dicitur eſſe absolūte cauſam dāni, & ita ad reſtitutionem obligari: quia hoc, ſicut alij, potest confutari ex eadem imperfe- ctione actus. Quid ſi recurrit ad leges, non eſſet inſtantia vi: nam leges propter auctum imperfectum in foro interno nequeunt onus im- ponere, quo mortaliter conſientia graueptur: ideo enim pro peccato veniali nequit maior ex- communicatio fulminari. Videatur etiam Pharaonius Tract. 2. Seſſ. 3. Caſu 9. in fine.

36 Quibus p̄eſtatis; quā ad Depositarios videntur generaliter pertinere, circa Indicos id vi- deo frequentier accidere, vt rebus ſibi in deponi- tum traditiſ ad ſua commoda vtantur, & de re- compensatione non ad modum videntur eſſe foli- citi; itaque mancipijs, iumentis, & alij p̄zadia colunt ſua; & miru in modum locupletantur; in quo qualia conſientia grauamina interne- niant perquirendum: & communis resolutio eft: Depositarium non poſſe deponitio vti contra domini voluntatem. Sic habetur in L. ſacculum. D. deponit. Pro quo & videri potest Bonacina Tract. 3. de contrātibus, q̄. 14. Puncto 1. num. 3. P. Molina Disput. 524. P. Lessius Cap. 27. citato Dubit. 2. P. Gafpar Hurtadus Disput. 10. de contrātibus, difficult. 2. & alij communiter de contrātibus agentes: qui ſunt ſanē quamplurimi, apud quos aliquæ excepcionis ſunt. 1. Si Depositarius bona fide existinet id non diſplicere domino, etiam ſi reiſpa diſplicet; dummodi non conſet diſplicere poſt præcedentem vſum, & in eo

Theſauri Indici Tom. I.

procedatur. 2. Ex domini exprefſā, aut tacita conſeſſione; tacita autem verofimilibus funda- da coniecturis pro re contingentī ponderandis.

3. Quando deponitum eft re consumptibilis vſu ut tricūm, vel pecunia, & depositarius certus eft habitur ſe tantum quod reddat, cūm de-

*Et fine vi-
niāli ſtare
poſſe.*

poſſe repetetur: in quo aliqui peccatum ve- niale eſſe dicunt: ſed certè aut mortale eſſe debet,

mortale abſolute loquendo, nec Depositarius ſpeciale ius ad illum habet, cūm re deponita alterius ſit, neque ipſe dominium proprietatis, aut

vile habet. Quid ſi propterē mortale peccatum eſſe negatur, quia nullā violentiā à domino res auſtert, & ex vſu nullum parit detrimen- tum, ex eo fit nullum eſſe peccatum: ſi enim tale eſſet, idē certè, quia contra voluntatem illius non eſſet peccatum mortale: vel quia licet contra illum ſit; eft tamen irrationabilis talis voluntas; quando autem talis eſſet, nullum eſſe peccatum de illa non curare. Quid aliunde ostendit potest, ex eo ſciliſ, quod ea, quā functionem acci- piunt, cūm in deponitum traduntur, non debent eadem numero redi, & ita dominium earum, in deponitariū tranſit, & conſequenter vſus eft licitus, iuxta ea que adducit P. Oſtate Tom. 2. Diff. 54. n. 15. 4. Addi potest limitatio quando non vſus eſſet noxiuſ deponenti, vt ſi deponita putreſcent, aut feruoti penitus manerent. Quo- cument non ſolum licet, ſed obligatio eft pro- curandi ne dāma diſta ſequantur; ſi quid autem in eo ſpecialis laboris abhībitum, compensatione eft debita facienda.

37 Iuxta hanc ergo ſatis compertum eft; de- Magis in-
poſitarios Indicos non poſſe deponitorum vſu ſpeciali
diſtēſere generaliter loquendo; ſi autem deponi- quid licet
tum pecunia ſit, & non clauſa, aut obſignata, aut non li- cea expli-
cauit.

iuxta nuper dicta; reddenda tamen illa eiusdem omnino valoris, & perfectionis, vel quod inter- eft compenſandum: non tamen ſi non reddatur, lucrum ex ea factum cedit deponenti, quia vſus ſuit veri domini: & vt non talis eſſet, fuit fructus induſtria; vt aliaſ dictū eft de Regiis officialibus, & Praetoribus aliis. Quod videtur extenden- dum ad pecuniam, etiam ſi clauſa, & obſignata tradatur: quā erit vti illiſitum, ſed non reſtitu- tum lucrum, ſi nullum inde dānum emergat luco compensandum. Et conſequenter idem dicendum de rebus aliis fungibiliſ; ſi enim per eas negotiſ, lucrum negotiationis acquiret, etiam ſi lex aliqua ſit negotiationem prohibens, iuxta dicta etiam, cūm de p̄eſatis ageremus. Videatur P. Molina ſuprad. Circa iumenta auren- vſus non licet, & eft obligatio compensationis obnoxius, ſi ex labore detrimen- tu alicuius conſiderationis accipiant, vt ordinariè contingit, dum onera ſubire coguntur, aut modis aliiſ laborare. Id quod circa ſeruos non ita videtur faciendum; Quid circa quia iumenta ſecurè, & cum vilitate domini in ſeruos.

38 Quibus p̄eſtatis; quā ad Depositarios videntur generaliter pertinere, circa Indicos id vi- deo frequentier accidere, vt rebus ſibi in deponi- tum traditiſ ad ſua commoda vtantur, & de re- compensatione non ad modum videntur eſſe foli- citi; itaque mancipijs, iumentis, & alij p̄zadia colunt ſua; & miru in modum locupletantur; in quo qualia conſientia grauamina interne- niant perquirendum: & communis resolutio eft: Depositarium non poſſe deponitio vti contra domini voluntatem. Sic habetur in L. ſacculum. D. deponit. Pro quo & videri potest Bonacina Tract. 3. de contrātibus, q̄. 14. Puncto 1. num. 3. P. Molina Disput. 524. P. Lessius Cap. 27. citato Dubit. 2. P. Gafpar Hurtadus Disput. 10. de contrātibus, difficult. 2. & alij communiter de contrātibus agentes: qui ſunt ſanē quamplurimi, apud quos aliquæ excepcionis ſunt. 1. Si Depositarius bona fide existinet id non diſplicere domino, etiam ſi reiſpa diſplicet; dummodi non conſet diſplicere poſt præcedentem vſum, & in eo

Theſauri Indici Tom. I.

aut ſtabulis relinquentur; cum tamen ſerui non debeat otioſi relinqui. Laborent ergo quia & manducant, & de aliis ad vitam nec-

fariſi à Depositario prouidetur, & vt ſcrupuli- cendent, labor ſit mercedi ſpondens, & merces labori, vt ſciliſ maior non ſit, quād ſit illius

A 2 pretermi-